

Aquila, qua supervolabat, demisit se super Ego- nis ades. Ita Rex designatus Egon fuit.

19 Inter Gothos Scandaviae Martem in panno rubro adorarunt: alias cum gladio & galea adinstar Romanorum. Roman, in cor. republic. cap. 2. Velum rubrum pro Martis sanguinolentia, Bellonà curus Martis aurigà, in conflictu proximo, ferro & igne, à pluribus nationibus assumptum: quapropter non tam Mars panno croceo signabatur, quàm effectus Martis in pugna. Jungebatur etiam cum imagine Martis, Veneris simulacrum, sed cunctis armis ornatum, per quod ex bello signabatur pax. Ibid. & Natal. Comes, quò dudum. Hieroglyphicum profectò ingeniolium, tum quia pax debet esse belli propositum; tum politicè, quoniam fit commodius ac utilius pacis foedus, Venere cataphractà, dum arma habentur in manibus. Sine Marte nihil auspiciatum arbitrabantur Gothi, illumque implorabant, ut in conflictu juvaret, & Martem juvabant, ubi suspicabantur illum periclitari in conflictu; quod fiebat, dum tonitrua mugiebant. Adinstar Thracum, de quibus Herodotus, 4. num. 26. dum tonat aut fulgurat; in coelum sagittas excutiunt. Cogitabant Martem super cum gigantibus congregari, & sagittis auxiliabantur, ut victor prostratis hostibus è certamine exiret. Ibid. sed nihil horum inveni in Joann. & Olao Magn. qui exactè egerunt de Gentib. Septentrionalibus. Quid quòd à cultoribus juvaretur, quum saepe è pugna vulneratus exibat: Homer. Iliad. 5. v. 862.

Imago Martis.

Quare cum Venere?

Quomodo in pugna juvabatur.

DIES XIV. MARTIJ.

Prid. Id.

1 Grad. 24. Piscium, in quo navis Argo oritur. Columell. Nepa occidere incipit. Idem. De Nepa latè Isagog. Octobr. à n. 1. Aquilo per totum stat diem. Ptolom. Vir & Femina sedentes in throno: Sphaer. Arabic. Gradus praesentis diei putealis judicatur à Darioto. Mors Adami signatur hodie ab Eutychio, in Annal. Alexandr. ubi refert, Protoparentem praecipisse filio Seth, corpus suum sepelire cum auro, incenso & myrrha in spelunca Alcamuz (quae post, Duplex, vel Hebron) & caput in medio terrae; ubi operanda generis humani salus. Vide diem 25. num. 2. Ejus testamentum, scriptum à septuaginta millibus Angelorum, notario Gabriele Archangelo, in papyro alba, & calamis Paradisi; videtur apud Sgambatium, lib. 1. Archiv. divin. ti-

Mors Adami.

tul. 6. Libros plures scripsisse; diceimus ex Arabibus, 6. Maij, num. 4. & ex Rabbis actum, 26. Februar. n. 2. Juxta Ricciolum in Almagest. hac in die ante Christ. ann. 190. Luna eclipsis. Lucida Corona oritur vesperè. Alsted. Uran.

2 Anno 2114. inchoante, cum Thare patrem sepeisset, Deus filio Abrahamo promittit terram Chanaan; ad quam extemplo ex Haran venit, secum deducens Lot, & cunctos quos cum Sarai uxore sua ad cultum Dei veri, claris miraculis fidelis reduxerat. Briet. Serar. Salian. Turfell. & Torniel. Ann. cit. Eodem die ann. seq. reversum fuisse de Aegypto in terram Chanaan; astruunt Rabb. Abrah. & Salom. Haud facile conciliari quit hujusmodi cogitatio, cum alia similiter ludicra ejusdem furtur Magistorum, asserentium in Tradition. in Genes. cap. 12. Juxta librum Esther, quacumque mulierum placuisset Regi, sex mensibus ungebatur oleo myrrhino, & sex mensibus pigmentis varijs, & curationibus femininarum: ita potest fieri, ut Sarai, postquam placuerat Regi, dum per annum ejus ad Regem preparatur introitus, & Abrahà Pharaò multa donaverit, & Pharaò posseà sit percussus à Domino, illà adhuc intactà permanente. Modò hoc cine verum, quòd sanè creperum, haud anno sequenti ab adventu in Chanaan, detentus qui per annum cum uxore in Aegyptum, reverti quibat. Somnium planè recitatorum. Unusquisque in viam suam declinavit.

Abram pergit in Chanaan.

Ex Aegypto revertitur.

3 Haud secus quòd Joseph. lib. 1. Antiquit. cap. 8. refert ex Nicolao Damasceno: nempè, quòd Abrahamus regnavit Damasci, inlytus regno factus in Syria tota. Justin. lib. 36. sententiam sequitur: Post Damascum (infit) Abraham & Israhel Reges fuerunt; sed Israelem felix decem filiorum proventus Majoribus suis clarior fecit. Qua veritate refert; ibid. exprimitur, subdens: Moysen fuisse filium Joseph. Ethnici plerumque Scripturam corumpunt. De hujusmodi Abrahà regno (ait Bolduc de Ecclesia ante legem, lib. 3. cap. 1.) allusivè sumendam historiam. Quid (subdit) si Damascus ille fundator, aut Rex Urbis Damasci, cum in sua urbe pia Abrahà vidisset exercitia, illius exemplo relicta cognatione sua, sequi eum voluerit, secumque manere in terra Chanaan; quem pro suis morum gravitate, & rerum experientia, Abraham, dum in Aegyptum & alibi peregrinaretur, procuratorem domus suae constituerit, suas vices gerentem in omnibus tabernaculis: quem quidem bonorum suorum reliquisset successorem

Non fuit Rex Damasci.

rem & heredem, si sine liberis mortuus fuisset. Papae!

4 Anno 213. à reditu Abrahami ex Aegypto, pronepotes ejus filij Jacob, lati exierunt è Memphi (hospites per dies aliquot facti fratris Proregis, incogniti Joseph, ab illis jam cogniti) in terram Chanaan, & exultantes nuncio felici, sed in sperato pro tunc à Patre Jacob, vitæ & prosperæ cum summa dignitate Josephi, quem pridem vendiderant, & pater deplorabat. Verum cum Josephi mandatis in Jacobi solamen, Pharaò cum muneribus regijs misit currus, & necessaria ipsi & cunctæ familiæ ad iter agendum: ex Genes. 45. à 13. Adi 29. Februar. n. 4.

Cognito Joseph, fratres revertuntur ad patrem.

Viso Rubi.

5 Inter Hebraeos etiam hac die celebratur visio Rubi sine læsione ardentis, quæ visio duravit (juxta Rabbinos in Seder-Olam, cap. 5.) ipsi Moyli per octo dies, incipientes à die octavo Nisan, & per septem cum illo locutus est Dominus, usque in horam preparationis agni Paschalis futuri ad diem 15. quo die anno sequenti egressi sunt filij Israël de Aegypto: De articulo visionis Rubi, diximus, 2. Februar. n. 1. Loco cit. simul ab illis signatur pervigilium Paschæ, exterminatio fermenti, sacrificium agni preparati cum hæcodo die decimà, & immolatio ejus diei 14. Lunà extremà, cum ritu præfixo, 12.

Plaga decima Aegypti.

Exod. Dies fuit Jovis juxta Torniel. & Leonard. Mar. in Kal. Jud. & hac ipsa nocte percussus sunt ab Angelo in Aegypto omnes primogeniti. Hæc ultima & decima plaga in noctis medio, simulque idola cuncta cum delubris terræmotu & fulminibus redacta in pulverem. Numer. 33. 4. Isai. 19. 1. Hieronymi. Epist. 127. Mansion. 1. Euseb. de Preparat. Evang. lib. 9. cap. ult. Alapid. in Exod. 12. 12. Cajetan. & Rabbinii commentii sunt, templa lapsa sed redacta in pulverem lapidea idola, putrefacta lignea, & resoluta metallica. Cuncta sanè corruerunt, excepto Simulacro Beelsethon, de quo die 20. à n. 3. Additur in Thargum Babylonico, & in Pauth: Hebraeor. cap. 7. à Kircher. Idola certà divinandi arte, & Astrologica scientià constructa, facta fuisse in similitudinem jumentorum. Arbitror, tacuisse nec posse loqui jumentorum adinstar. Desipit Justin. quòd supra, dicens de Moysè: Dux igitur exulum factus, sacra Aegyptiorum furto abstulit.

Idola contrita & templa.

6 Sacra quæ secum tulit, fuerunt ossa Joseph. Exod. 13. 19. Mira fingunt in hujusmodi articulo Hebraei. Factum est (inquunt Ralsis & Jonathas, refertque Petr. Comest. in Exod. cap. 27. Pereriusque in Genes. 50. v. 23.) ut Nilus præter solitum

inundaret terram, in qua erat sepulchrum Joseph. Tenebantur Israelita juramento; asportare ossa ejus; sed nequibant tollere. Tulit Moyses, scriptum in lamina aurea nomen Domini Tetragrammaton; quæ superposita aqua, supernavit, usque dum veniens staret supra ubi erat sepulchrum; & effodientes sustulerunt ossa, quæ sublata leguntur, eis prophetasse, forè difficultate itineris. Tamen Hebraei tradunt, quòd ovis ex improvise astitit juxta eos; quæ locuta est. Ob quam rem duxerunt eam secum multo tempore per desertum; & dixerunt eam Ovem Joseph; de qua Psalm. 79. Qui ducis velut ovem Joseph. Insigne prorsus delirium! Perer. d. n. 54. & Kircher, quò dudum, cap. 10. Quasi nulla tunc à Numine facta miracula, Rabbinii nugis & nugis gloriantur cogitantes deridicula.

Ossa Joseph transportata.

Quenam ovis fuisse?

Prima dies Azymorum, & Phasæ.

Et Cæna pura.

Portentum dum omni masculinum concurrebat Jerusalem ad Phasæ.

7 Hæc prima dies Azymorum inter Hebraeos ad solemnitatem Phasæ, per hebdomadam, etiam tunc per triginta dies comessissent, quousque datum Manna; ut notat Joseph. 2. Antiquit. cap. 5. In memoriam insipidi hujus panis (austeritatis servitutis Aegyptiacæ symboli) posterioribus sæculis instituta est hac in die Cæna pura dicta: hoc est, austera. Apud Profanos diversimode cæna pura accipitur: quæ de causa ex Fest. Pompejo, lib. 3. à Maluend. 9. de Anti-Christi. cap. 32. dicitur: Ab antiquitate etiam nunc ossa porcina cum cauda suis, in cænis puris, ossa penita vocatur. Longè hujusmodi acceptio inter Hebraeos, quibus prohibita hujusmodi dapes. Dixi quid inter hos cæna pura, Tom. 3. T. 8. à n. 23. Vide Baron. Ann. Christi. 34. n. 154. Suar. in 3. p. D. Thom. quæst. 50. Disput. 40. sect. 4. & sententiam Chrysostomi hic die 25. num. 11. Post templum extractum (nonnulli arbitrantur; & post ingressum in terram promissionis, ubi Tabernaculum cum Arca foederis) hac in die lege latà, omne masculinum apparere debebat coram Domino. Exod. 23. 17. & Deuteron. 16. 16. Tunc apparebat Dei specialis populum erga protectio, & continuo miraculo: etenim hostibus Israël nunquam venit tunc in mentem expugnare illorum civitates, civibus ac beliatoribus vacuas, sicut pueris ac sequiore sexu plenas. Hoccine portentum observarunt Rabbinii cum Petr. Cunæo, lib. 1. de Republ. Hebraeor. cap. 7.

8 Diluculo ad diem sequentem, egressi Duce Moysè Israelitæ de Aegypto; quin inter illos ullus esset infirmus (Psalm. 104. 37.) sexcenta ferè millia peditum, & vulgus promissum innumerabile. Exod. 12. 37. Joseph. d. & Adrichom. in Chronie. ex Genebrard.

Egressio Israelitarum ex Aegypto.

Mmm

brard.

brard. quos Torniell. sequitur. Venerunt ergo ex Ramesse in secundam Mansionem, dictam Socoth: id est, Tabernacula. Numer. 33. à v. 2. Adrichom. in Pharan, n. 94. Leonard. Mar. in Kal. Judaic. & Seder-Ol. cap. 5. Quo in loco quotannis celebrari præcipitur festum Phasæ cum septem Azymorum diebus; simulque sacrari omne primogenitum. Exod. 13. à 1. In exitu Israel (delirat Galleottus Martius, cap. 38. de Doctrina promisc.) de Ægyptiaca captivitate, ordo rerum immutatus est, & Sol suo recto tramite derelicto, ad insueta loca pervenit. En enim tempestate Scythas, frigidissimo loco positos, tantus astus invasit, Sole super eorum capitibus vagante, radiosque perpendicularares jaciente; ut sub torrida Zona locum judicarentur: & Æthiopes aliàs à Sole, ejusque calore vexatos, eo tempore mutato cursu, frigus oppresserit. Hinc incendium Phaethontis. Ingeniosum sanè caput! Expositit profecto Ovidium, 2. Metamorph. fab. 1. effluentem:

Tum primum radijs gelidi caluere Triones,  
Et vetito frustra tentarunt equore tingi.

Ovid. Quæque Polo posita est glaciali proxima serpen-

Frigure pigra prius, nec formidabilis ulli,  
Incaluit, sumpsisque novas fervoribus iras.

9 Rabbini haud sine suffragio in hujusmodi commento, in psalm. 113. à 1. signantes in exitu Israel de Ægypto & populo barbaro exultationem, & montium choros. Diximus ex Rabb. Isaac, Tom. 6. T. 4. à n. 23. & refert sententias Genebr. loc. cit. ubi ex illorum cerebro infit: omnia adventu Dei præter naturam commota sunt.

Sese mare contraxit per sex totas dies vel octo. Itaque aliquot dies in transitu consumendi fuerunt, quantumvis Israelitæ acceleraverint, nisi per modum miraculi. Omnes Hebraei putant e mari exiisse die septimo Pascha, jam verò sex diebus e Ramesse, unde decimo quarto Nisan moverant, vigesimo primo pervenerunt ad Mare. Hinc per sex dies vel octo aqua liquida solidari coepit. O crania vacua! Vide diem 21. à n. 6. Ethnici cum ad lubitum abuterentur sacris, desipuerunt in vanitatibus suis. Audiverant ministrum Dei, equitem apparuisse humanam formam Israelitis in transitu maris, unde educti dixerunt: Iste Deus meus, &c. Exod. 15. 2. Ineptias cogitarunt (sicut Galleottus) & insanias falsas. Ægyptij (inquit Herodot. lib. 2. num. 46.) negabant, ullum Deum formam humanam extitisse; sed intra hoc tempus quater Solem præter consuetudinem fuisse ortum: bis autem unde nunc ortus, illic occidisse. Delirium etiam scripsit Solin. cap. 35. dicens: Ferunt Ægyptij,

à primis gentis suæ avis traditum: Ubi nunc Occus est; quondam ibi ortus solis fuisse. Nec ideo prævalet Galleottus: equidem post solis in ortu & occatu diversitatem, subdit: Nec tamen sub hac aliquid in Ægypto esse immutatum. Vide 20. Octobr. num. 6.

10 Anno seq. celebratum est Phasæ post erectum Tabernaculum, in deserto Sinai. Numer. 9. à 1. Decernitur etiam vel immun-

dis, vel iter agentibus Phasæ translatio utque in 14. Lunæ Aprilis: à v. 6. ut factum dicitur sub Ezechia, 2. Paralip. 30. à 2. Hoc anno & die contigit seditio Core & sociorum, livore in Aaron & filios ejus propter sacerdotium collatum à Deo; quod ænulos terra deglutiret. Numer. 16. à 31. Ex thuribus rivalium factæ sunt laminæ, & affixæ altari, in memoriam conjurationis & supplicij: v. 38. Tunc factum est miraculum grande in castris, quod pereunte Core, filij ejus non perirent. Ibid. cap. 26. 10. Ad Antilogiam superioris cap. v. 32. quo dicitur devoratos à terra cum tabernaculis, ubi erant filij; respondetur à pluribus; pendulos auxilio Dei stetit in aère; quouique hiatus terræ adhæsit. In Seder-Ol. dicitur. Filios Core primum fuisse cum patre, sed recelsisse, cum viderent terræ hiatus. De haccine terræ cæca cavea, ac de alijs rebus addunt Rabbini nugaces (ut refert Jacob. Gaffarel. de Curiosis. inaudit. cap. 7.) à Deo sub vesperam Sabbati, post Adami expulsi-

onem e paradiso, facta esse præfatum hiatus in Core ac sociorum exterminium fontem aquæ sequentis Israel in deserto, Iridem, Manna; virgam Moyis thaumaturgam, tabulas legis, arietem Abrahæ, asinam Balaam, vermem Schamit; cujus sanguine tam saxa, quam ligna in fabrica templi fecabantur ad situs & artis amussim; & denique Cacodæmones. Plaudite cogitationes sine intellectu. Alijs melioris senii placet, filijs Core Deum pepercisse, quia ex illis Samuel futurus, ut patet 1. Paralip. 6. à 33. Seder-Olam, cap. 20. asserit, filios Core prophetas fuisse in deserto per annos 40. Rabb. Abrah. blasphematur, addens creationem Satyrorum ineptijs præfatis; de quo egimus, Tom. 6. T. 10. à n. 24.

11 Eodem die, ann. 41. ab exitu filiorum Israel de Ægypto (alij solum signant, 40.) primo principatus Josue, celebrant Pascha primum in terra Chanaan, & comedunt de frugibus terræ panes azymos; quo cessat Manna. Josue 5. à 10. Adrichom. in Chronic. & Seder-Olam, cap. 11. Deficiente Manna, evanuerunt simul columnæ nubis & ignis,

seu potius una cum duplici munere. Alapid. in Numer. 20. 2. et si dicat in Josue, 3. 3. & alij DD. uti vidimus, die 10. n. 4. in transitu Jordanis jam evanuisse. Juxta Rasfi, eodem die ab hoc articulo, ann. 184. probat Gedeon milites ad aquas; inventique sunt 300. ad triumphum apti. Judic. 7. à 4. Post annos 131. in sententia asserentium Benjamitarum exterminium contigisse post Samsonis mortem (aliter, qui astruunt post mortem Josue, sub regimine Seniorum) hac quoque die, post victoriam totius Israel de præfata tribu, astruit Philo Biblius in suis Antiq. Senatam, Præsede Phinees, congregatum in Silo, & ejus decreto raptas ibi feminas in connubium reliquiarum Benjamin. Fallitur, quia per quatuor menses federunt in Petra-Remmon. Judic. 20. 47. post cladem: & à pugna usque in hanc diem dantaxat transierant 39. dies. Vide 4. Februar. n. 3. & 6. Jun. n. 1. A victoria Gedeonis ann. 136. juxta Briet. concipitur Samuel. Superveniente die bono Pascha (subdit Philo, d.) votum fecit Anna uxor Elcana, si prolem masculinam susceperit, &c. quæ habentur, 1. Reg. 1. à 1. Vide Tom. 5. T. 4. & 5. Ab hinc anno 483. juxta Salian. in 18. regni Josias solemnissimè celebravit Phasæ. Latè 4. Reg. 23. à 23.

12 Hic etiam dies celebris, in Israel, sed extrà: Extrà profecto, quoniam non erant Israelitæ intra terram promissionis. Post captivitatem decem tribuum, hac in die exauditæ à Deo orationes Tobie senioris, & Saræ filie Raguelis; Tob. 3. à 1. Vide posttridè, n. 3. Ab hoccine articulo, anno 184. per Cyrum, jam Persarum Regem, soluta est captivitas Babylica in die Paschatis. Septuagint. & Alapid. ad illud Jerem. 31. 8. Ad lucan eos de terra Aquilonis. Vide, diem 1. n. 4. & simul post 22. annos post templum à Zorobabele perfectum jussu Darij Histaspis, ac dedicatum (de quo, 3. Februar. n. 1.) celebratum est solemnissimum Phasæ, cum septem Azymorum diebus. 1. Esdr. 6. à 19.

13 Regnante nepote Darij Artaxerxe, anno regni ejus duodecimo, postquam litteræ in exterminium Judæorum scriptæ ac notatæ ab Aman (de quo pridè n. 5.) hodie signatæ sunt Assueri annulo, illi tradito, & Susis appensæ, eodem in tempore cursoribus missis in omnes ejus ditionis provincias cum Regis edicto ac imperio, ut omnes Judæi interficerentur die 13. futuri mensis Februarij. Aman tunc in Regiam lætus profectus est, ut factum nunciaret Assuero, qui illum in epulam invitavit. Esth. 3. à 12. & Sanctus, hic n. 19.

14 Nimis cunctos Judæos, qui Susis erant perturbavit ferale editum, sed plus res deploratas lamentabatur Mardocheus, qui ululans scissis vestibus, indutus sacco, capiti cinere imposito, continuo curavit Regina Estheri nunciare, nationem in summa tagula esse: ac demum post varia hinc inde mandata, vel cum periculo vitæ docuit subvenire populo (quoniam lex vigeat, illico interfici qui Regi accederet non vocatus) illa utpotè pia, assensit patruo, ingressum spondens, etsi caderet, jubens Mardocheum congregare in Susis universos e professione, & jejunare per tres dies & noctes; idem cum suis ancillis exequendum promittens. Factum est, & cunctis plorantibus, ac fletibus, animæ exponentibus amaritudinem, simulque orante ex corde Mardocheo (cap. 13. 8.) & Esthere in cinere: afflicta enim nimis, ac præ dolore cuncta loca, in quibus pridem lætari consueverat, crinium laceratione complevit: cap. 14. à 1. sequenti die sicut Rex & Aman indulserunt genio; Judæi moerentes ac jejunantes quærebant, immò extorquebant e cælo auxilium: cap. 3. 15.

15 Hac quoque die cum Judæi civilibus disidijs sese sensum Romanis subderent; facta ficità pace inter fratres Hyrcanum II. & Aristobulum etiam II. in ampliores flammæ erupit fota discordia. Monitu Antipatri, qui vitam privatam agebat Jerosolymis, Hyrcanus adit Aretam Arabum Regem, à quo adjutus fratrem vicit, compellens in templi recessum, instante Azymorum festo, quo in die Onias vir Deo charus, à Judæis, per Cyrum, jam Persarum Regem, soluta est captivitas Babylica in die Paschatis. Septuagint. & Alapid. ad illud Jerem. 31. 8. Ad lucan eos de terra Aquilonis. Vide, diem 1. n. 4. & simul post 22. annos post templum à Zorobabele perfectum jussu Darij Histaspis, ac dedicatum (de quo, 3. Februar. n. 1.) celebratum est solemnissimum Phasæ, cum septem Azymorum diebus. 1. Esdr. 6. à 19.

16 Post 15. dies à morte Herodis, in ipso die Paschatis claruit, quis Herodis hæres: igitur seditione commotà ante festum Azymorum, propter necem eorum, qui Aquilam

Minimè aut-

17

18

19

20

Secunda Mania, Socoth.

Cursus Solis rerumque mutatus.

Ovid.

Ridiculum.

Secunda Phasæ celebrant.

Core perit, sed non filij.

Antilogia.

Deus post cuncta fecerit?

Cessat Manna.

Græcum probat milites ad aquas.

Constitium de reparanda tribu Benjamin.

Concipitur Samuel ex voto matris.

Phasæ Pascha.

Exauditæ à Deo Tobie & Anna.

Soluta captivitas Babylica.

Phasæ Zorobabel.

Susis suspenditur decretum de Judæorum strage.

14 Nimis cunctos Judæos, qui Susis erant perturbavit ferale editum, sed plus res deploratas lamentabatur Mardocheus, qui ululans scissis vestibus, indutus sacco, capiti cinere imposito, continuo curavit Regina Estheri nunciare, nationem in summa tagula esse: ac demum post varia hinc inde mandata, vel cum periculo vitæ docuit subvenire populo (quoniam lex vigeat, illico interfici qui Regi accederet non vocatus) illa utpotè pia, assensit patruo, ingressum spondens, etsi caderet, jubens Mardocheum congregare in Susis universos e professione, & jejunare per tres dies & noctes; idem cum suis ancillis exequendum promittens. Factum est, & cunctis plorantibus, ac fletibus, animæ exponentibus amaritudinem, simulque orante ex corde Mardocheo (cap. 13. 8.) & Esthere in cinere: afflicta enim nimis, ac præ dolore cuncta loca, in quibus pridem lætari consueverat, crinium laceratione complevit: cap. 14. à 1. sequenti die sicut Rex & Aman indulserunt genio; Judæi moerentes ac jejunantes quærebant, immò extorquebant e cælo auxilium: cap. 3. 15.

15 Hac quoque die cum Judæi civilibus disidijs sese sensum Romanis subderent; facta ficità pace inter fratres Hyrcanum II. & Aristobulum etiam II. in ampliores flammæ erupit fota discordia. Monitu Antipatri, qui vitam privatam agebat Jerosolymis, Hyrcanus adit Aretam Arabum Regem, à quo adjutus fratrem vicit, compellens in templi recessum, instante Azymorum festo, quo in die Onias vir Deo charus, à Judæis, per Cyrum, jam Persarum Regem, soluta est captivitas Babylica in die Paschatis. Septuagint. & Alapid. ad illud Jerem. 31. 8. Ad lucan eos de terra Aquilonis. Vide, diem 1. n. 4. & simul post 22. annos post templum à Zorobabele perfectum jussu Darij Histaspis, ac dedicatum (de quo, 3. Februar. n. 1.) celebratum est solemnissimum Phasæ, cum septem Azymorum diebus. 1. Esdr. 6. à 19.

16 Post 15. dies à morte Herodis, in ipso die Paschatis claruit, quis Herodis hæres: igitur seditione commotà ante festum Azymorum, propter necem eorum, qui Aquilam

Minimè aut-

17

18

19

20

21

14 Nimis cunctos Judæos, qui Susis erant perturbavit ferale editum, sed plus res deploratas lamentabatur Mardocheus, qui ululans scissis vestibus, indutus sacco, capiti cinere imposito, continuo curavit Regina Estheri nunciare, nationem in summa tagula esse: ac demum post varia hinc inde mandata, vel cum periculo vitæ docuit subvenire populo (quoniam lex vigeat, illico interfici qui Regi accederet non vocatus) illa utpotè pia, assensit patruo, ingressum spondens, etsi caderet, jubens Mardocheum congregare in Susis universos e professione, & jejunare per tres dies & noctes; idem cum suis ancillis exequendum promittens. Factum est, & cunctis plorantibus, ac fletibus, animæ exponentibus amaritudinem, simulque orante ex corde Mardocheo (cap. 13. 8.) & Esthere in cinere: afflicta enim nimis, ac præ dolore cuncta loca, in quibus pridem lætari consueverat, crinium laceratione complevit: cap. 14. à 1. sequenti die sicut Rex & Aman indulserunt genio; Judæi moerentes ac jejunantes quærebant, immò extorquebant e cælo auxilium: cap. 3. 15.

15 Hac quoque die cum Judæi civilibus disidijs sese sensum Romanis subderent; facta ficità pace inter fratres Hyrcanum II. & Aristobulum etiam II. in ampliores flammæ erupit fota discordia. Monitu Antipatri, qui vitam privatam agebat Jerosolymis, Hyrcanus adit Aretam Arabum Regem, à quo adjutus fratrem vicit, compellens in templi recessum, instante Azymorum festo, quo in die Onias vir Deo charus, à Judæis, per Cyrum, jam Persarum Regem, soluta est captivitas Babylica in die Paschatis. Septuagint. & Alapid. ad illud Jerem. 31. 8. Ad lucan eos de terra Aquilonis. Vide, diem 1. n. 4. & simul post 22. annos post templum à Zorobabele perfectum jussu Darij Histaspis, ac dedicatum (de quo, 3. Februar. n. 1.) celebratum est solemnissimum Phasæ, cum septem Azymorum diebus. 1. Esdr. 6. à 19.

16 Post 15. dies à morte Herodis, in ipso die Paschatis claruit, quis Herodis hæres: igitur seditione commotà ante festum Azymorum, propter necem eorum, qui Aquilam

Minimè aut-

17

18

19

20

21

22

De periculo mmetur Esther.

Fijus & 711. daorum jez junia.

Disceptatio de summa potestate inter Hyrcanum & Aristobulum.

Fides pnbica labat.